The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio a
cum uariis

Inspice uulnera pendentis, sanguinem morientis, precium redimentis, cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hec quanta sint cogitate; hec in statera uestri cordis appendite ut totus uobis figatur in corde qui totus pro uobis fixus fuit in cruce.

Augustinus in libro de uirginitate.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

apertum] aptum P V^1; uestri cordis] cordis uestri B M; uobis] nobis B C P V^1 V^2 L^1 L^2